



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Ioan. Crombecii Societatis Iesv Presbyteri De Studio  
Perfectionis Libri Dvo**

**Crombecius, Johannes**

**Mogvntiæ, 1614**

Praefatio. Carissimis Fratribvs Praxim Ac Negotiationem spiritualem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51132](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-51132)

P R A E F A T I O.

C A R I S S I -  
M I S F R A T R I B V S  
P R A X I M A C N E G O T I A -  
tionem spiritualem.

**A**RBITROR aliqua ex par-  
te me votis dubiisque ve-  
stris, amantissimi fra-  
tres, respondisse, iis praesertim quae  
ad Theoriam spectant: valent  
vero plurimum ad demittendos  
animos, suique Deique cogni-  
tionem, & maxime gratia asser-  
toris nostri Domini Iesu Christi  
assequendam. Sed Praxim potius  
optastis. Eam trado, quam  
possum perspicuitate: nam abditae  
illa animi, divinaeque gratiae, diffi-  
culter oculis proponuntur. Parum  
profunt, quae priori libro diximus  
nisi Praxis accedat. Praesentis  
Die

S I-  
BVS  
TIA-

a ex par  
que ve-  
mi fra-  
tim qu  
valen  
ittendos  
e cogni  
ie asser  
Christi  
m pot  
ado, qua  
a abdit  
ia, diffi-  
r. Par  
liximus  
r a sentia  
Di

Dei considerationem plurimi re-  
formidat; quod ardua res sit, mo-  
lta, & perdifficilis. In hoc potif-  
simum laborauimus, ut exerci-  
tium hoc cum voluptate suscipi-  
atur. Discussionis seu Examinis  
nomen, ut asperum ac tetricum,  
rei proposita facilitate variisque  
figuris reddimus sapidum atque  
optabile. Praxim virtutum, Ca-  
ritatis, Fidei, ac Spei, (quæ bases  
virtutum aliarum sunt) delibã-  
ti gratia porrigimus: ut cetera-  
rum exercendarum in vobis sitis  
ac desiderium accendatur. Ne-  
gotiatio spiritualis ad Caritatẽ  
pertinet: Fidei ac Spei suis cuiq;  
tractatus tribuitur. *Negotia-* Luc. 19.  
*mini (ait Christus) dum venio.*  
*Sola scientia ne contenti sitis: illa*  
*namque lucrum reportat nullũ;*  
ut

ut pecunia otiosa. Nec cib. mensa  
appositus nutrit, nisi ori admo-  
neatur, & in stomachū trāsmi-  
tatur; nec arma muniunt, nisi in-  
duantur; nec ædificia sine operi-  
conferunt. Idem sane in Nego-  
tiatione spiritali accidit. Si Ca-  
ritas sit otiosa, lucrari desinit, ani-  
mū nequaquā pascit: vincimē-  
tentationū impetu: ædificium spi-  
rituale non modo non surgit, sed  
etiā corrumpitur quod exstructū

Greg. hom.  
30. in Eu-  
ang.

Ioan. 6.

est. Deniq; Amor Dei numquā  
est otiosus: magna operatur,  
est: si autem operari renuit, Am-  
mor non est. Operamini cibum  
qui non perit. In Praxi fructus  
est, laus est, gloria, & exultatio.  
Ad experiētiā prouoco. Domi-  
nū Iesum Christū ex animo diligite,  
te, illū pro me precamini. Valete  
D E